Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Evangelienlesung nach Iohannes

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

natura aequalem. et diuinitate patri man
sisse semper aequalem; neque in utraque
natura se fecisse fingendo quod non erat.
sed in utraque monstrasse ueraciter prae
dicando quod erat. qui nos ad uidendam
propalam gloriam suae maiestatis intro
ducere dignetur. in qua uiuit et regnat
unus cum patre et spiritu sancto deus per omnia
saecula saeculorum. amen. SABBATO infra
quadragesimam. in tertia ebdomada.
LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM IOHANNEM;

In illo tempore perrexit ihesus in montem oliue
ti et diluculo iterum uenit in templum et
omnis populus uenit ad eum et sedens
docebat eos;

LECTIO
OMELIA UENERABILIS BEDE PRESBITERI DE EADEM.

Praesentem sancti euangelii lectionem tanto
intentius considerare fratres karissimi ac semper
reminisci debemus. quanto maximam
nobis commendat gratiam nostri condi
toris; et enim ut audiuimus. obla
tam sibi ab impiis accusatoribus mu
lierem peccatricem. non iuxta legis
praeceptum lapidare. sed ipsos accu
satores primo semet ipsos considera
re. et sic in peccatricem sententiam decer
nere praecepit. ut et consideratione propriae
fragilitatis. qualiter aliis misereri debu
issent agnoscerent; sed quia moris
solet esse scripturarum aliquando
affectu temporis. aliquando affectu loci.
aliquando ab utroque. qualia sint post
narranda significent.

Relaturus euangelista temperatam
legis districtionem. misericordiam
redemptoris praemisit. quia ihesus per
rexit in montem oliueti et diluculo
iterum uenit in templum; mons quip
pe oliueti. sublimitatem dominicae pie
tatis et misericordiae designat. quia
et graece oleos misericordia. oliuetum uo
catur eleon. et ipsa unctio olei. fessis ac
dolentibus membris. solet afferre leua
men; sed et hoc quod oleum et uirtute ac
puritate praeeminet. et quaecumque aliquo
rem superfundere uolueris. confestim
hunc transcendere. eique superferri con
sueuit. gratiam misericordiae caelestis
non inconuenienter insinuat; de qua
scriptum est; suauis dominus uniuersis. et
miserationes eius super omnia opera eius;
tempus quoque diluculi. exortum eius
dem gratiae. quae remota legis umbra lux
euangelicae ueritatis. erat reue
landa demonstrat; perrexit ergo ihesus in
montem oliueti. ut arcem misericordiae
in se constare denuntiet; uenit iterum
diluculo in templum. ut eandem
misericordiam. cum incipiente noui tes
tamenti lumine fidelibus templo ui
delicet suo pandendam praebendamque
significet; et omnis inquit popu
lus uenit ad eum. et sedens docebat
eos; sessio domini humilitatem incarnationis